Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius; Marbodus <Redonensis>; Ps.-Ausonius, Decimus Magnus: Sammelhandschrift

?, Ende 12. Jh.





nibus obsecundat. Erit nostrum gaudium uestra quies. suaue lucrum si nesciatis in
commodum. Degite moribus compositis. ut uiuatis legibus feriatis. Quid opus est quemquam facere
unde penas possit incurrere? Querat iudex inter uos causas et non inueniat.
Totum moribus uestris componat. quem rationales uos esse cognoscitis. In prius. Inprobis iudicem
testem bonis moribus destinamus. ut nemo se cogi sentiat. non quem ordo legi-
time compensationis accusat. Atque ideo illi uos comitiua neapolitane ciuitatis.
per illam indictione dedisse declaramus. ut nostra gubernatione laudatus alteram
mereatur de nostro iudicio dignitatem. Cui uos conuenit prudenter obedire. quia u-
trumque laudabile est. ut bonus prouisor iudicem benignum faciat et mansuetus iu-
dex gratissimum populum equabili ratione componat. Formula de com(itiva) principis militum de com(itiva) sup(ra)scripta

Omnes apparitiones habere decet iudices suos. nam est procul adimitur et ministerium sup-
plicia denegatur. Sed nos quibus cordi est locis suis uniuersos ordines continere.
indicamus illi comitiuam neapolitanam domino iuuante largitos. ut in-
dicibus annua successione reparatis. uobis sollemnitas non pereat actionis.
Quapropter designato uiro prefate competenter obsequium. ut sicut uos non patimur emo-
lumentorum commoda perdere. ita et uos parendi debeatis priscam regulam custodire.

Explicit liber sextus. Incipit Septimus. Capitula.


Formula comitiue prouincie.
Formula presidatus.
Formula comitiue gothorum per singulas ciuitates.
Formula ducatus retiarum.
Formula cure palatii.
Formula comitiue formarum.
Formula prefecti uigilum urbis rome.
Formula prefecti uigilum urbis rauennatis.
Formula comitiue portus urbis rome.
Formula tribuni uoluptatum.
Formula defensoris cuiuslibet ciuitatis.
Formula curatoris ciuitatis.
Formula comitiue romane.
Formula comitiue rauennatis.
Formula ad prefectum urbis de architecto faciendo in urbe roma.
Formula comitiue insule curitane et celsine.
Formula de preposito calcis.
Formula de armifactoribus.
Item ad prepositum de eodem.
Formula binorum et ternorum si per iudicem agatur.
Formula binorum et ternorum si per officium agant.
Formula commonitorii.
illi et illi scrinariis.


© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_273/0179